Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



33 34

Erat lumen uerum quod illuminat omnem
hominem uenientem in hunc mundum;
Quod si ita est multum mirandum est.
quomodo illuminati a unico filio
quod erat in principio uerbum dei apud
deum non admittantur ad regnum dei. nec
sint heredes dei coheredes autem xpi;
Hoc enim meis nisi baptismum non prestari
&iam quibus hoc sentiunt confitentur;
Deinde iam illuminati si ad consequendum
regnum dei nondum sunt idonei.
saltem ipsum baptismum quo ad hoc
idonei fiunt lacrimis suscipere debuerunt.
cuiusmodi eos uidemus cum magnis fletibus,
reluctari eamque ignorantiam in illa
aetate contemnimus ut sacramenta
quae illis prodesse nouimus meis
&iam reluctantibus compleamus. Cur
enim &apostolus dicit: Nolite pueri
esse mentibus; si iam lumine illo uero
quod uerbum dei est. eorum mentes illu
minatae sunt; Itaque illud quod in eugto